



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 60. Conventus per Papæ Fautores turbatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. tur, ante omnem aliam deliberationem
A. C. 1439. Panormitani Episcopi protestationem alta
 voce perlegi postularunt. Quæ res non
 tumultus causa fuit, & a verborum rixis
 atque vociferationibus tandem ad convul-
 sionem, atque querelas deventum.

§. LX.

Conventus per Papæ Fautores turbatus.

Tum Patriarcha Aquilejensis Orationem
 ad Panormitanum convertit; hie-
 ro sibi in Synodo dicendi libertatem
 exclamabat, & suos adhortabatur, ut
 Concilium desererent, eoquod Patriarcha
 se eorum cervices fracturum comminatus
 esset. Enimvero Patriarcha in hæc
 nas temere effusus est. Nec creditur
 quiebat, *rem sic abire, Germanorum*
En. Sylv. de gest. Conc. p. 28. in Fascic. 1 *tis mores: nempe si sic proceditur, neque*
quam fas erit integris hanc provinciam
re capitibus. Quapropter Joannes Co-

stringendis supersedemus, tum, ne tædium
 etori pariatur, tum quia cuncta adversus
 genium a Basileensibus attentata ab aliis
 etoribus in omni Historia longe versatissimi-
 satis superque confutata leguntur, & commu-
 ni omnium calculo tanquam a seditiosis, scis-
 maticis & acephalis nonnullis Sacerdotibus
 hoc conciliabulo confareinata rejiciuntur.

mes de Tierstein, qui tunc locum Prote-
 ctoris Concilii tenebat, offensis omnem
 securitatem promittebat, addens, se neu-
 tiquam passurum, ut securitatis literæ ab
 Imperatore datæ quovis pacto viola-
 rentur, quin potius easdem se ad ulti-
 mum usque apicem religiose observatu-
 rum. Insuper & ipsum Patriarcham
 monebat, ut verba revocaret & in-
 tempestivo suo ardori imperare deinceps
 disceret. Verum Patriarcha nil commo-
 tus, Joanni de Bachenstein Cameræ Apo-
 stolicæ Auditori in mandatis dedit, ut
 ejus nomine verba a se prolata in melius
 interpretaretur; quod & ipse præstitit,
 dicens, non illud Patriarchæ fuisse consi-
 lium, ut Prælatos insultibus vexaret, aut
 ejusmodi minis, quæ Synodi libertatem
 turbare possent, terreret, sed duntaxat eos
 adhortari voluisse ad constantiam, & ad
 fidem firmiter servandam, qua Ecclesiæ
 emendationem omni studio se promotu-
 ros coram omnibus promississent; non er-
 go ea, quæ heri placuissent, hodie repro-
 banda esse; id enim animi levitatem pro-
 dere, quæ vere Clericalis status auctori-
 tatem Laicorum contemptui exponeret.
 Haud tamen propterea clamores cessa-
 bant, quinimo quotiescunque articulo-
 rum contra Eugenium decretorum men-
 tio fiebat, nil nisi querelæ, atque vocife-
 rationes audiebantur.

Sæcul. XV.
 A. C. 1439.